S. Nisi Respondentis in privato Collegio Ethico munus &
alia quotidie ex parte subeunda mihi officia calamū e manu eriperent,
nihil eqdem libentius facerem, quam ut amori nro magno & copioso
magnas et aptare literas. Solet n. hic amicorū garritus, nescio cur,
vel melle optimo sæpiuscule dulcior & gratior esse. Nec ego hac
in parte amicis meis deesse consuevi, quando nec mihi ut desit, ex-
opto. Nunc tamē q volo & q soleo ob tuas ditas nō licebit.
Quare rationē q re, donec transmutatio fieri pt, nō gravatē susci-
pias. Petis tibi a me coërari magnū nō magnū. Magnū, nō q
tale in se, sed q hic amicis nō libenter obsequar. Nō p se sigr
sed pp aliud quantum mihi de his cōstat, qa tantopere id petis, explicabo.
Sæpenumero Sibrandus de ipsius p integros dies absentia, et nescio
aliqua illius vel φιλαυτία sive eruditionis psuasione & opinione,
vel supbia ex priori forte enata radice, sicut plerumq (uti scis) novi-
tii Academici nos titillare solemq, conquestus est corā me & aliis,
Et jam pridē illū a se dimisisset, nisi ob tuā petitionē illū retinu-
isset. Ego raro illi adsum, nec qd agat, scio. Solebat sub initio
pocula aliquanto largius amare, sicut e relatu mihi; sed ad meliorem
jam frugē credo rediit. Sibrandus q mediocre ipsi, ut provisti, cōfert,
licet difficilis nō sit, nimiā tn absentiā ægre tulit, & qdem
merito. Jam (ut dixi) nihil priorum animadverto. Si vis, te longin-
quo poteris illum admonere, ut diligenter studeat, & opinionū tur-
res sibi nō ædificet, nec Sibrando responset, sic forte ipsū aps se
retinebit æstate futura, q alias nō faciet. Vale vir optime &
libtati huic ignosce. Literas lectas pp tuas certus velim discerptas.
Salutem assigno Dno Cantori & ejus conjugi. Witebergæ
10 IXbris anni æræ nræ CIↃ IↃ XC.

Qui te colit & amat

Bernhartus Fullonius
M. W.

Reverendo, eruditione, pietate & virtute
ornatiſsimo viro, Dno Johanni Hillebrando
verbi Dei apd inclyta Brema ministro fideli,
Dno suo & fri in Chro observando. S.

Respondi 9 Jan.